



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1617

Carmen, Genesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)

EIVSDEM CYPRIANI
SODOMA.

ARGVMENTVM.

Plebre & late integram historiam euerſionis Sodoma proſequitur. Hoc inter cetera memoratu dignum, quod ſua etate adhuc ſtatum illam ſalutem quam vxor Loth conuerſa eſt, duraffe ſcribat, & ſi quis eam mutilauerit, ſtatim vulnera denuo compleri, & in ſingulos meſes menſtrua pati; Bituminis quoque & Aſphaltidis lacus vim & miracula paucis recenſet.

Iam Deus omnipotens, primæui tempora ſacili vindice diluuii cunctis aboleuerat vndis, Quas celum ſparſit terra, maris expulit aquor;
Hactenus hanc liquido penas decernere paſtus Excidio; quoties hiemes induceret ætæ,
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum, Purpureo & viridi ſignantem nubila limbo;
Iridis huic nomen; propria eſt quæ ſubula nimbis. Sed recidius hominum pariter cum gente ſecunda Impietas, iterumque mali noua pullulat ætas;
Excidio iam non imbres ſortiæ, ſed ignes, Sic Sodomim meruit tellus, ardentibus vri Flammiſ, & ſinis portendere ſigna futuri.
Eſſet a luxuriis illic inimica pudoris, Inſtar legis erat, ſi gereret quam præſcius hoſpes;
Ante vel ad Scythicas, vel apud Buſiris aras, Exoptans præ ſacræ necem, caſuſque cruorem Fundere Bebricum, & Libycas ſatiare palæſtas;
Antequam vel Circeæ nouas per pocula formas Sumere, quam læſam Sodomis amittere ſecum. Pulſabant Cælum inuidia connubia mixta, Inceſtu parili generis naturæ rebellis
In ſeſe, læſumque viri cum corpore nomen. Tempore ſed certo Deus omnia proſpectulatus, Iudicat iniuſtos; patiens, vbi criminis ætas, Caſſandi ſpaciū viſ nulla coegerit ira.

Lamque dies vltix aderat: duo de grege miſſi Angelico, forma iuuenes qui ſpiritus ambo Diua miniſterio Domini mandata ferebant. Succedunt Sodomis. Illic de ſtirpe piorum Tranſuena Loth aderat, ſapiens iuſtque colonus
Vnus erat meminiffe Deum; ſolet vtilis arbor In ſyluis latitare ſeræ veluſ hoſpita fructu. Is tunc pro porta reſidens (vix memia adibant Celicolæ) quanquam diuinos neſcius, vitro Aduocat, adpellat, patrio veneratur honore, Hoſpitioque vocat, longe ſtabulare parantes; Emiſſus longiſ precibus, pia pignora menſa Officiſque probis ſtudio diſpungit amicos.
Nox requiem dederat, lux ſoluerat altera noctem; Et Sodoma in foribus ſtrepitat, & conqueſta rudendum. Loth contra ſupplex: Ne vos nunc paſciæ libido Incendat iuuenes ipſam ſedare iuuentam;
Quo luxuſ genitura vocat? quo ſemina fruſtra? Quo nulla nuptiant anima; non luſtra colentes, Non ſtabulis reduces, non vndis ſubter hiantes, Nec que pennarum modulis prope nubila pendent, Nec que per terram, per traſſo corpore reptant.
Omne genus luxuſ genus eſt, ſed ſemina coniux Omnibus, & nunquam cuiquam niſi ſemina mater. Nunc ſi ſas iuuenilis habet vaſtare pudorem, Sunt intus nata biuges mihi, nubilis ætas, Virginitas in flore tumer, iam dedita meſi; Digna cupido viris, tulerit quam veſtra voluptas;
Dedo, pater, proque hoſpitibus penſabo diuitem. Vulgus ad hæc demens: quiſnam tu, quantus, & vnde, Qui nobis domineris, ait, legeſque recondas?
Transuena num rector Sodomorum, ut ingerat iras? Nunc igitur tute ipſe lucet, quod noſtra cupido eſt, Pro natu proque hoſpitibus; ſatis vnus in omnes, Diſſe & ſacra ſimul: vulgi mora nulla ſerentiis. Turbidus hiberno vt dum voluitur impete torrens, Riuiſ numeros vno pede ſertur in omnes; Si qua illic arbor rapidis offenditur vndis,

Nam tibi triticea ſurget pro germine meſſis Carduus, & ſpinis multum paliurus acutiſ,
Vt cum viſceribus laſiſ & pectore maſſo, Plurima ſollicito præſtet ſuſpiria victiſ;
Donec in occiduo venientis tempore mortiſ, Vnde geris corpus, terre reddere ſacenti.
Hiſ actiſ Dominus trepidiſ dat tadia vite, Directoſque procul ſacræ ætis dimouet horriſ,
Obuerſoſque locat, medioque eliminat igniſ; In quo perceleri Cherubin euoluitur aſtu,
Dum calidus deſeruet apex, flammasque volut.
Quæſ Dominus, pigro ne ſi gore membra rigerent, Conſuiſ euulſas pecudum de viſcere peller, ¹⁰ Operiens nudos calidiſ de veſtibus artus.

Genef. 4.

Ergo vbi coniugio ſeſe iam fidus Adamus Eſſe virum ſenſit, nomen genetricis amatæ Exhibet vxori, bino qui germine factiſ Continuo genitor, diuerſiſ nuncupat orſiſ.
Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus: Innocuus huius ſeruabat cura bidentes Aſt alius curuo terram vertebat aratro.
Hiſ tam perpetuo ſerrent ſua dona tonanti, Diſſimiles fructuſ ſenſu ſuadente dedere.
Nam prior vberibus fuerant quæ proſata glebis Obrulit: aſt alius miſi ſe deuouet agno,
Extæ manu ſincera gerens adpennæ mualæ, Conſeſſimque placet Domino pia vota tuenti.
Quod propter gelidæ Cain incanduit ira. Quem Deus adloquio dignatus, talibus inſit: Dic mihi, ſi rectum viuiſ, & noxia cernas, Degere non poſſiſ contracto à crimine puriſ;
Deſine mordaci fratrem diſperdere ſenſu, Qui tibi cen Domino ſubiectus colla daturus.
Nec tamen hiſ fractuſ, fratrem deducit ad aruaſ; Atque vbi depreſſum deſerio in gramine vidit, ¹¹ Elidit geminiſ frangens pia guttura palmiſ.
Quod factum Dominus ¹² Cælo ſpeculatus ab alto Diſcurit, quoniam terrarum degat Abelus? Ille negat poſſitum cuiſdem ſe fore fratris.
Cui Deus eſſatur: ¹³ Numnam vox ſanguiniſ eiſ Ad me miſſa ſonat, celſumque aſcendit ad axem? Noſce igitur manſuræ tibi pro crimine tanto.
Nam modo quæ maduit germant ſanguine terraſ, Inuiſo maledicta tibi commiſſa negabit Semina, & adſumptiſ fructuſ non proferet herbiſ, ¹⁴ Torpiduſ vt multo collidens membra tremore.

ADNOTATIONES IN
GENESIN.

1. Lux fiat, claro] Sic Fabricius, pro eo quod Morelius: clare, rectius mea ſententia.
2. Et volucres varias ſuſpendunt aëre pennas] Ita lego cum Canchio, pro: ſuſpendunt corpore.
3. ad vnguem Vulcibus adſimilem] Hoc cum eodem & Fabricio, pro: in vnguem.
4. Et licet hunc vno] Prætermiſimus cum Fabricio vocem: ſolo, ſuperfluam; additæ quantuſ colligere eſt ex margine.
5. Quem poſtquam effigie formatuſ cœu ſua] Corruptuſ verſuſ, aut ablatiuſ: ſua, corripitur contra artem metricam in vltima ſyllaba.
6. Inditur & nomen vitæ] Fabriciuſ: vitæ, verum illud placet.
7. Adami à Domino donata prudentia] Fabriciuſ: vt carmen conſiſt: Adami à Domino data quæ prudentia, verum ſenſuſ eſt obſcurior.
8. Compulſit inſuetuſ munuſ deſerre marito] Cauchiuſ coniecit legi debere: inſuſuſ.
9. tum ſola Moſuſ mandere] Præſuſ ſic lego cum Canchio, pro: Pandere.
10. Operiens nudos] Fabriciuſ & Cauchiuſ: oppetiens, addita altera litera p, vt carmen conſiſt, atque aliam ſignificationem ea vox habet.
11. Elidit geminiſ frangens pia guttura palmiſ] Ex Coniectura ſic omnino legenduſ cenſeo, pro: fraudans.
12. Cælo ſpeculatus ab alto] Sic recte Morelius, pro eo quod Fabriciuſ: celſo.
13. Numnam vox ſanguiniſ eiſ] Contra ſe rectiſ Fabriciuſ, & ex coniectura Cauch. quam Morel. nonne.
14. Torpiduſ vt multo collidens membra tremore] Quam proſuſ multuſ ſit hic ſiniſ huius carminiſ, ſuſpicio cætera quoque Geneſeoſ capita ad euerſionem uſque Sodoma, metro à Cypriano conuerſa

Genef. 7.

Genef. 9.

Genef. 11.

Genef. 19.

Hud.